



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. I. Quando, & quis Vicarius eligendus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

CAPUT IX.

De Vicario Generali.

SECTIO I.

Quando, & quis Vicarius eligendus.

*Duplex occasio
eligendi Vica-
rii.*



1. Actenus enumerati sunt ordi-
narii administri, quibus Præ-
positus Generalis juvatur in
Gubernatione universali So-
cietatis : jam superest alius, licet extraor-
dinarius, summæ tamen auctoritatis, Vi-
carius scilicet ; cui totius regendæ Societa-
tis munus, vel vivo adhuc Præposito, vel
eo mortuo, potest obtingere.

*Vicarius viven-
te Generali.*

2. Et vivo quidem. 1. Cum Generalis
ita morbo impeditur, ut tamen de sanitate
non desperandum videretur, sine Congre-
gatione Generali Vicarius per eundem
Præpositum posset constitui; ut ipsius Offi-
cio, donec convalesceret; omnino funge-
retur; & recuperata sanitate, concessa ei
prius facultas cessabit. 2. Si ægritudo in
rebus magni momenti Generalem ab Offi-
cio suo avocet, spe emendationis ea in
parte sublata, tunc Vicarius est eligendus
ab

a P. 9. c. 5. D.

ab ipfomet Præposito cum approbatione Provincialium. *b* 3. Si Generali ejus opis indigo, nec prævidente, Societas Vicarium ei adjungeret. *c*

3. At Generali mortuo Vicarii officium contingit. 1. Si Generalis eum nominaverit, qui post mortem suam Vicarii potestate Societatem gubernet. *d* 2. Si nullo per Generalem vita functum nominato Vicario, is eligatur ex præscripto formulæ. *e*

4. Certum est in omnibus prædictis casibus eligendum esse Professum quatuor Votorum. *f* Et in locum demortui Generalis eligendus communiter ex his, qui adesse Præposito, & ipsum juvare soliti sunt; vel certè ex iis, qui proximè degunt, & sunt in rebus Societatis versati. *g*

S E C T I O II.

De Vicarii Potestate.

1. **V**icarii autem potestas, superstite Generali, sed inutili, amissa spe convalescendi, si electus à Congregatione particulari ad eligendum Vicarium convocata, erit eadem, quæ Vicarii, mortuo Generali. *b* Si verò, aut à Præposito Generali cum approbatione Provincialium, aut à Congregatione ipsa Generali eligatur; *c*

b P. 9. c. 4. §. 6.
c P. 9. c. 4. §. 6.
& c. 5. §. 6. &
C. 8. D. 29.

Mortuo Generali.

d P. 8. c. 4. §. 1.
& C. 4. D. 20.
21.

e P. 8. c. 4. §. 1.
A. & For. Con.
ad el. Vic.

Quis eligendus

f P. 8. c. 4. §. 1.
& c. 3. A. & C.
1. D. 42. & C.
3 D 21.

g P. 8. c. 4. §. 1.
& F. Con. §. 6.

Generalis superstite.

b C. 8. D. 29.